ANNALIVM BARONII EPITOMES

PARS ALTERA.

VT ſunt hominum diuerſi guſtus, & varii librorum vſus; fuere, quibus huius Epitomes amplitudo voluminis, iuſta, quibuſque nimia viſa ſit. Quapropter vt ad vtrorumque arbitrium Opus accommodarem, ita præſenti Editione illud hoc loco diſſecaui, vt cum tam mole, quam etiam ſubſequentium temporum qualitate, rerum geſtione, perſonarum diuerſitate, Principatuum differentia, multiſque aliis omnis generis diſcriminibus, nemini non æquabilis partitio videri poſſit; qui tamen rem vniuerſam vno faſce complexam maluerint, habeant in promptu, quo partes compingendo ſibi ſatisfaciant.